Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Zwo Trauer-Reden/ Die Erste am 6. April-Monats-Tage des 1680sten Jahres Bey Christlicher Beysetzung/ Die Andre am 30sten dito Bey volckreicher Leich-Begängniß des ... Hn. Joh. Martin Volckamers/ Der H. Schrift rühmligst Ergebnen/ bürtig aus Nürnberg/ Welcher ... entschlaffen ... Dem selig Verstorbenem zum rühmlichen Gedächtniß gehalten/ und auf Begehren überreichet
Ersteller:	Samuel Rodigast
Signatur:	Will. II. 1161. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ſtem preces ſociantibus, *horâ II. noctis* piè placideq; finiret. *Hoc videlicet conveniebat* Noſtro (dicemus cum Gregorio) VOLCKAMERO, *non emolliri, non doloribus frangi, ſed lutum adſpernari, ac corpus quidem ſinere ea pati, quæ ipſius natura fert, naturæ lege omninò vel nunc vel poſtea dilapſurum: ſurſum autem animam habere ac cogitationibus cum DEO conjungi; illudque ſcire; abſurdum & præpoſterum eſſe, nos extra pericula philoſophari, tempore autem id poſtulante philoſophiæ expertes apparere, nec quod profitemur, præſtare.* Hæc Noſtri altior erat philoſophia, ſcire Jeſum crucifixum; hunc terris evectum, ad ſe tracturum omnes; huic ſeſe jam pridem auctoratum non commodiùs, non decentiùs, non obſequentiùs veſtigia lecturum norat, quàm hoc ætatis, quæ graviorum mundi & flagitiorum & periculorum ignara, inſontem animam diſſerenaret claritate Salvatoris triumphantis. Adeò Parens omni gratiore fortunâ digniſſimus, & familia huic indoli non immeritò tam prolixas ſpes inædificare ſolita, mulcebunt ſeſe vice Filii tali, & *hâc medicinâ adhibitâ habebunt meliùs tum ipſi, tum Nos ſuorum affectuum alacritate oblectabunt, & hæc humanitatis exempla virtutis ſuæ argumentum ſegetemque exiſtimabunt.* Illo judiciorum probabilium conſenſu quod ſupereſt è defuncto mortale, ſupremo amoris juſtisſimi ſtudio complecti properabimus, Funus *Horâ II. ex Ædibus* BAJERIANIS *ad Templum Oppidanum,* ubi concio habebitur, hinc *ad Johanniticum Cœmiterium* pompâ decenti proſeqvuturi. Vos etiam, *Cives Optimi,* non defore memoriæ gratioſæ ſtipatu Veſtro confidimus, ut tam laudabilis in Commilitem humanitas inclareſcat, quàm honor cariſſimis ſuis habitus abſentium dolorem commitiget. *P. P. D. 30. April. Anno Gratiæ Chriſtianæ M. DC. LXXX.*